

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Conradi Samvelis Schvrzfleischii Opera historica politica

Schurzfleisch, Konrad Samuel

Berolini, 1599 [i.e. 1699]

II. Medo-Persarum Initia

urn:nbn:de:bsz:31-102564

I. ASSYRIO-CHALDAEORUM PRIMORDIA.

iam diu ante voluntatem et oracula sua patefecerat, Filium suum legasse ad homines, ut eos converteret ab impiis et vanis cultibus, ad cognoscendum et colendum Deum verum, Instit. Divin. lib. IV. cap. 14.

19

II. MEDO-PERSARUM
INITIA.

Qvae corporum, ea imperiorum vicissitudo est, neque aliter, ac homines, longa aetate conficiuntur et langvent, et saepe etiam instabilis fortunae documenta sunt, et in repentina atque improvisa pericula interdum veniunt, et subitis atque inexpectatis casibus aliquando subvertuntur. Itaque florent magis et durant, quam securitati potius quam potentiae consulunt, et parta servare, quam augere malunt, et fide atque concordia societatem tuerunt et colunt, gnariterque ac tempestive provident omnia et curant, neque distracta frangi se ac debilitari patiuntur.

S. II. Inter exempla Medi et Persae sunt, quorum regna ad certum usque tempus gloriam et robur servarunt, ac deinde velut expleto suae felicitatis intervallo, non modo florere, sed quoque sui iuris esse desierunt. Medi quidem usque ad adultam Cyri aetatem, Persae usque ad Alexandri Macedonis transitum in Asiam in potentiae fastigio steterunt. Quod sane DION PRUSAEN-SIS inter fortunae beneficia numerat, idque evidenterbus gentium exemplis probat, ac imperia velut naves agitari subindicat, et apta adeo ac eleganti tralatione affirmat, Persas secundo haec tenus vento navigasse, prosperumque regni eusum tenuisse. Mox felicitatis huius diu continuatae finem terminumque subiungit, et navigantes fortunae ope homines idonea et significante circumlocutione denotat atque describit. Cumque id agit, tum praecipue in altissimo gradu positos intelligit, conversionesque has certis et insignibus temporum intervallis designat, suisque nominibus appellat, et ostendit, quamdiu imperii navem rexerint illi ipsi, quos introducit πλέοντας, sive navigantes: introducit autem et definit hos, Ασυρίας μέχει τῆς Σαρδαναπάλου τευφη. Μῆδας μέχει τῆς Κύρου τευφη. Πέρσαι μέχει τῆς διαβάσεως, in Oratione II. de fortuna, quae est in serie orationum omnium LXIV. Vocabulo διαβάσεως significat transitum Alexandri Magni in Asiam, cuius memorandi occasionem alibi nactus tradit, Macedonas postremo transiisse in Asiam, et rem fortunamque et gloriam amplificasse. Et enim diversa est διαβάσις εἰς τὴν Εὐρώπην, quum Xerxes in Europam movit, Graeciamque infestavit, de qua est apud Diodorum Siculum Bibl. Hist. XL. i. Τὰ πελευταῖς, i. e. postremo, nomine vim adverbii habente, scripsit, quando rationem numerumque iniit superiorum expeditionum, quae ante Alexandrum

contigerunt: loquitur enim de Macedonibus, quorum expeditio ductu auspicione Alexandi et suscepta et confecta est: quod sum spectat, quod in *Oratione LXXIX.* dixit, Macedonas possessiones opesque Persarum occupasse. Namque τὰ πόλεων ibi directe atque ex instituto intelligit, quae Graeci nominant κτήματα, quippe quae iure belli pervenerunt ad Macedonas, atque adeo aperatum et firmum occupati Persarum regni argumentum praebuerunt. Ratio causaque decidendi est apud *Scriptorem antiquissimum Xenophonem*, cuius verba cum praesenti instituto congruunt, tum sufficere omnino possunt. Νέμος, inquit, τὸ πάσιν ἀνθρώπους αἰδίος ἐστιν, ὅταν πολεμάτων πόλεις ἀλλα, τῶν ἑλένων εἴναι, καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χεῖματα. *Cyripaed. lib. VII. pag. 136. edit. Basil. Job. Petri & pa. 168. edit. Leunclav.* Σώματα, hic nominat homines, quae significacione Demosthenes σώματα αἰχμάλωτα, homines bello captos dixit, quos alibi sensu paria faciente αἰχμάλωτος vocat. Spectatque huc locus *Aristophanis*, et simul ostendit, servos Iure veteri Attico quoque inter κτήματα relatos fuisse, in *P'ut. aet. 1. scen. 1.* in primis eo videatur *Dion Prus. Orat. XV.* Ad haec σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει appellat Xenophon, quum designat homines societate civili coniunctos atque consociatos: quos Graeci uno vocabulo πολίτες dicunt. Amplius χεῖματα legunt omnes antiqui Codices et recte. Alioquin nihil fraudi est non χεῖματα, an κτήματα dicamus, quandoquidem id modo concludendi, quia consequenti sumitur, non repugnat, ac per se patet satis notumque est, Ius imperii in homines quoque complecti ius atque potestatem in eorum bona atque fortunas, et possessiones omnes, tanquam accessiones eo pertinentes. Νέμος intelligit ius non scriptum, idque universē approbatum, et gentium nationumque cultiorum consensione roboratum, quo ea, quae ex hostibus iusto bello capiuntur, statim acquiruntur, atque transeunt in ius ditionemque victoris. Ea huius vocabuli significatio frequens est, et ab Oratoribus interdum adiecto explicationis causa vocabulo notatur atque definitur. Hunc ad modum *Andocides in Oratione de Mysteriis 1.* pronunciavit, αἰγάλω τὰς αἰχάς μὴ χεῖματα, atque si non scriptum ius non esse Magistratibus adhibendum, pro statu illorum temporum innuit ac affirmat, quod *Alphonsus Miniatu*s ad verbum reddidit, atque hac interpretatione usum fori Graiorum et Qviritium non bene distinxit. *Andociden* fecutus est *Dio Prus. Orat. LXXVI.* *Vetus Tragoedi Scholia*stes ait: ὁ τῶν ἰθανόντων. *Andronicus* paraphrasat videtur nominasse αἰθρία κατὰ συνθήκην γνωματικα, lib. V. c. X. Etib. Nicom. Nec disimili modo *Georgics* αἰθρωπίας dixit et rectaque ad ἰθινὴν πόλεις *Libanius*, in declamat. XIX. Hoc pacto *Cicerio* iura humana nominat, quae alias iura gentium dicuntur, nec abit *Livius*, qui iura humanum appellat, quod moribus populorum receptum est, ille in *Orat. pro A. Cluentio*, hic V. 37. Recte ergo *Athanasius Rhetor* τὰ ῥήματα a τοῖς περιεργοῖς distinxit. Atque his etiam προσγεγαμένος, tanquam rōbus et perpetram

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

21

tam scriptos opposuit Demosthenes in Orat. de Corona. Verum diversi generis et alius loci sunt τὰ ἄγρα τὰς ἑταῖρας, de quibus est apud Basiliū Magnum in lib. de Spiritu S. c. 27.

III. Sed enim hunc Alexandri transitum Arrianus nominavit ἀράβας, indicans, eum usque in interiores Asiae regiones magno et itineris et expeditionis labore penetrasse. Eodem nomine insignitur celebraturque Cyri minoris expeditio in Asiam, quae dicitur a Xenophonte ἀράβας, propterea quod is cum exercitu in Asiam situ tenus superiorem instructis copiis contendit. Fuit autem duplex Cyri ἀράβας, qvarum altera proprie dicta, in lib. I. de Cyri expeditione, altera in lib. II. Hist. Graecarum Xenophontus descripta extat. Atque hanc Cyri minoris expeditionem in Persiam attingit Isocrates, quum τὸς Κύρων συνασπίστας commemorat, nempe eos, qui iuxta cum ipso in Persiam ascenderunt, in Panegyrico pag. 102. edit. VVolff. Denotat autem Arrianus validam Alexandri Magni expeditionem, quando feliciter et animose eduxit exercitum, magnumque Asiae imperium, fato urgente prolapsum, occupavit. Situs ceteroquin altior vocabulo ἀράβαιος innuitur, quem Geographi et Historici communiter per τὰς ἄνθες, velut supra habitantes, exprimunt ac d. clarant. Similiter ὑπερκαιμάνις nominant populos altius sitos, quod ex Agathemere confectum dabo, qui in hanc sententiam scripsit: ὡς τοις Αράβαις οἱ Μειῶτις ὑπερκείται λίμνη, lib. II. cap. XIV. Neque aliter Strabo, qui diu ante eum vixit, idemque hoc verbum saepissime usurpavit, quod docent formulae sequentes: τὰ ὑπερκαιμάνια ὅρη κατοικήσαντας. Sic et τὰς Καουάρες ὑπέρκειντας Οὐράνιος, Geograph. lib. IV. et alibi passim. De τοῖς ἄνθεσ, et τοῖς ἄνθεν ἔθναις, eonf. Dio Chrysostomus in Orat. XI. pag. 192. et Orat. LXXIX. pag. 664. Tali modo dixit Xenophon πολεύοδας ἄνω, quod alibi ἀράβαιος, Cyr. exped. lib. I. Quae cur maiori testimoniorum apparatu edisseram, latiusque exponam, non fert instituti ratio, neque ulla necesitas cogit.

IV. Ceterum res Persarum non tam fortuna, quam vita convertit, postquam a virtutibus, quibus Imperia continentur, recesserunt, ac ab arte militari ad libidinem atque inceptias desciverunt, laborumque patientes et fortes esse desierunt, ac denique in togae ac belli studiis nihil praeclare et utiliter facendum suscepserunt. Proinde huius tota Asia florentissimi Regni inclinatio et calamitas non a casu, qui saepe, nec sine divino nutu in rebus humanis dominatur, sed ab alia et altiori causa arcessi debent, quam Xenophon perscrutatus est, et sapienter reddidit, literisque mandavit. Quidque qui Persas describit ac nominat impios, iniustos atque effeminatos, et malis moribus mutatos prorsus atque depravatos. Appellat enim ἀστερέες τῷ Θεῷ, καὶ αἰσθατέες τῷ συγγενεῖ, καὶ αδικωτέρες τῷ τοῦ ἀλλαζει, καὶ αναιδεγότερες ταῖς τούς πολεμοὺς τοῖς, ἥμπεροις, lib. VIII. Cyrus ad. fine.

C 3

V. Ig[...]

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

V. Igitur *Dioni Prusaeensi* ob declamationis decorum, qvod Graeci πρέπει vocant, fortunae elogium ultiro et libenter relinqimus, sed conversionis principium, et magnae regnorum vicisitudinis vim effectumque aliunde repetimus, et vindex scelerum Numen invenimus, qvod *Xenophon*, ut cordatus scriptor, et a Dione ipso alias iure laudatus est, non disimulat, et Deum reverenter nominat atque cognoscit. Propior nihilominus causa quoqve aestimanda est, ut intelligatur, vel ideo praecipue elanguisse rem Persarum, qvod regnum non iis artibus, a quibus a Cyro maiore quae situm erat, successores retinerent atque tuerentur. Postquam enim regendi prudentia a parente et auctore illius regni tradita, et belli usus disciplinaque superiorum temporum obsoleverunt, resqve equestris ac venatio certaminaque alia, velut belli officina et ludus, non modo non culta, sed ne tunc qvidem curata sunt, deliciaeque et luxus invaserunt expugnaruntque animos, et incestuum summa turpitudo ac foeditas Regum connubia polluit, ac libido adeo omnia divina humanaque iura violavit, necesse fuit, prolabi Rem publicam et ruere ad interitum, et qvia aliter servari non poterat, sic tandem pati servitutem. Degenerans a Cyro aetatis Persarum initium a Cambysse capendum est, apud Herodotum in Thalia III. 30. 31. Namque is fraterno sanguine manus imbutit, et sororem incesto flagitio contaminavit. Explicandus inde *Xenophon* est, qui corrupti moris et ignaviae atque heluationum Persarum initia ab Artaxerxe duxit, *Cyri* paed. lib. 8. pag. 240. seq. Praeter hos labens periret Persis aspergit Libanius, nominatque subtiletes et promptos ad fallendi artes, et facetus deus εἰναγκαὶ ἀλέφαι, καὶ παραχεύσαθαι, καὶ διέποχτας ῥάγας αὐνοφελέως, in basitico, p. 123. Nec Magi sacrorum antistites et magistri sapientiae doctrinaeque omnis omittendi, nedum impietatis et incesti criminis absolvendi sunt. vid. Clem. Alex. in protreptico, *Diogenes Laertius* in lib. 1. prooem. nec non *Catull. epigr. XCI.* et *Ovid. met. sm. X.*

VI. Omnino ad liquidum perducta ratio est, quamobrem huius regni felicitas cum Cyro maiore pariter cooperit atque desierit: idque eo spectat, ut ostendam, cum moribus mutari fortunam, melioremque fingi sapienter et iuste agendo, atque adeo ad ipsa Cyri initia me convertam, et quibus modis Magnum Asiae imperium consecutus sit, summatim percurram. *Dio Prusaeensis*, quem saepius adduxi, *Cyrum* Persis fato datum existimat, eamque ob causam regni illius genium nominat, ut qui consilio et fortitudine Persas ex servitute ereptos in libertatem asseruisset, novumque et rerum magnitudine excellens imperium condidisset. Οὐ, *Cyrum* denotans, inquit, δυλίουντας αὐτὸς (*Πέρσης*) Μῆδος πορρον, εἰς ἐλευθερίας αὐτοῖς, καὶ πάντως αὐτοῖς δεσμότας τῷ κατὰ τὴν Ἀσίᾳ, in Orat. XXV. de Genio. Praeterquam enim qvod Medi Persis iugum imposuerunt, Astyages quoqve Medorum Rex oblitus necessitudinum, in sanguinem et viscerum suorum partem acerbius consuluit, indignumque facinus

in

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

23

in Cyrum nepotem admisit, quod cur is deinde ulciseretur, causam atque occasionem sibi datam esse censuit, et iudicio gentium experiri voluit, sumptisque armis Astyagem devicit, regnumque eius occupatum cum ditione Persarum coniunxit. *Vid. Herodotus I. 107. 108. seqq. uque ad 131.* Astyages non tenuit cum ratione regnandi modum, et pristini moris integritatem ambitione et crudelitate mutavit, atque a regula *Deiocis*, sapientis et iusti eius regni conditoris, immane quantum recesfit, quod non potest non esse manifestum, *si Herodotus I.e. 98. et 99.* ubi Regis primi acquirentis iustitiam prudentiae rectoriae fundamentum servantis et eu-studentis, τὸ δίναντο Φυλάσσοντος, insigne luculentumque exemplum est, cum capite 108. *E 119. contendamus: addatur Valerius Maximus I. 5. in exempl. ext. Seneca III, 15.* de ira, et in primis Iustinus I. 4. Idcirco ulciscendae iniuriae titulus vel praecipuus, vel non postremus, Cyro fuit, quem ei quoque suggerit Harpagus apud *Iustini* num libro I. 5. 8. Nec defuit propulsandae servitutis species, quando PERSA noluit in servitute esse Persas, nec potuit destinare, nedum occupare Asiae imperium, priusquam Medos subegisset. Hinc Strabo ait, Cyrum redactis in potestatem Medis, statim invasisse Lydos, et reliquos Asiae populos vicisse, ditione que suae subiecisse, *Geograph. libro XV.* Πέρσαιδ' αφ' ἡ κατέλυσαν τὰ Μῆδων, εὐθὺς καὶ Λύδων ἐκράτησαν. Nam apud Medos Lydosque magna in primis erat pecuniae opumque vis, quae nervum belli et robur, materiamque stipendiis praebet. Medorum profecto divitiae passim memorantur, quorum amplas facultates et insignem cultum vel id commonstrat, quod in camelis equitare consueverunt, apud Aristophanem in *Avibus*, ubi Scholastes ad verba: τῶς τὸν καμήλα Μῆδος ἦν ἐπέπειτο, haec commentatur: ὡς τὸν Μῆδων τὸν τῷ καμήλῳ ὄχυμένων τὴν τὰν πολέμων ἔχόδῳ. Notat per schema Comicus, pernicem Medorum equitationem in camelis fieri solitam, ac rei et militiae equestris studia ibi valuisse innuit, atque alibi, et nominatum in *Vespis*, Medium nominat, quem nativa ditione Graeci nominio nationisque hostem nominare potuisset. *Vid. ibi scholiographus, cui explicando facit locus Herodoti VI. 112.* τέως ή τοῖοι Ἐλληνοι καὶ τύιουα τὸ Μῆδων Φέρον αἰγαστα. Occurrerique hic animo, quod Prusaceensis ultima illa tempora, quae Cyrum praecesserunt, respiciens dixit: αὐτάχων Μῆδων γάρος, orat. LXIV. de fortuna. Tum gravis ac prudens scriptor Polybius confirmat, τὸν Μῆδον δέξιοχεωτατην κατὰ τὰς αἴστας τὸν αὐδεῶν, οὐδὲ ἵππων. X. 24. Nam Medi fuerunt boni equites, & multa etiam in bello praetulare fecerunt. Nec modo Medorum arma, sed etiam vestes celebrantur, sine dubio ob elegantiam et cultum, *vid. Herodotus capite centesimo duodecimo libri* iam adducti, ubi i. θῆτα Μεδικὴν nominat μετανυσκῶς, Medosque Graecorum hostes intelligit atque circunscerbit. Procopius auctor est, vestem, quae nunc serica dicitur, olim Medicam fuisse appellatam, de bello Pers. lib. 1. Purpuream Astyagis vestem describit Xenophon, Cyri. I. Μῆδων γολὴ memoratur a Prusaceensi O·rat. XXXV. nec non Μεδικὴ τεραπίζα, apud tandem orat. XXXIII. Pertinet eo insigne divini valis

Ora.

Oraculum, quod legitur Esiae XIII. 17. LXX. reddunt: id est, ἐπεγνέω υμῖν τὸς Μῆδος, οἱ ἀργύρους & λογίζονται, οὐδὲ χρυσίς χρεῖας ἔχεται. Lydorum quoque opulentia nota atque insignis fuit, praesertim aetate Croesi, quam abundantia rerum omnium, et magna praesertim auri copia illustravit. Hanc in sententiam τὰ Κερίσθια exaggerat Prusaenensis Orat. XLVII. Aliibi de fortuna loquens ait: Κερίσθιοι διδωσι χρυσόν (ἢ τύχην) Orat. LXIV. Nec figura non utitur Libanius, quem de im- pensa in portum Seleuciae facta loquens, apodosin comparationis αὐξησικῶς instruit, et sumpto schematis causa aurifero Paclolo sic orationem accommodat, ut simul opes Croesi maximas innuat ac ostendat. Οὐν (Κρυστὸν) οὐδὲ Κερίσθιοι πάντωλος ἐπιστύχειοι, in Antiochico. Etenim tradit Strabo, Croesum maioresque ipsius ex aureo Pacloli ramentis magnas divitias comparasse, Geograph. XIII. Idque non ex mycographis, quos interdum Strabo sequitur, sed ex Herodoto summis, Terpsich. V. 101. Add. Dio Prus. orat. LXXXIX. Comprobat etiam inter Patres πολυμαθίστας Clemens Alexandrinus in paedagogi lib. III. Saltem exinde licet intelligere, regnum Croesi pecunias divitiasque fuisse affluentissimum, quod sane Herodotus alibi planius simpliciusque indicat, quem scribit. Κελεύσαντος Κερίσθιος, τὴν Σόλωνα θερέποντες φεύγοντο κατὰ τὰς Θησαυράς, ηγετοὶ επεδεινυον πάντα ιόντα μεγάλα τηνὶ οὖλεια, I. 29, 30. Opinionem enim Croesi magna beataque videbantur, sed reipsa haec talia non erant, atque adeo non διετοῦνται, sed διὰ τὸ δοκεῖν exponenda sunt, quod Solonis responsum evincit I. 32. Summatim Lydorum regni fertilitas ubertasque describitur a Xenophonte Cyri p. VI.

VII. Victo et in ditionis fidem accepto Astyage, praeterquam quod Cyrus ad subigendos finitos aditum sibi patefecit, tantam quoque potentiam adeptus est, ut nemo deinceps esset, qui eum prohiberet, quominus in reliquam Asiam duceret, prolataque regno totam occuparet. Croesum quidem affinis et vicini regis casus de periculo instanti admonuit, sed progredientis impetu sistere non potuit, neque copias perinde firmas et magnas, neque usu et disciplina castrensi aequales habuit, traiectoque Haly fl. Apud Pteriam Cappadociae tractum castra posuit, nec multo post infeliciter confixit, cladeque accepta Sardes diffugit, viribusque fractis, neque ad resistendum prudenter comparatis, externa incertaque subsidia exspectans, male sibi consuluit, vivusque tandem in potestate Cyri venit. Vid. Herodotus I. 76. 77. 78. 79. 80. 81. seq. 86. Crescas in Phot. excerpt. LXXII. Xenophon Cyri pae. VI. Croesus captivus ad Cyrum haec verba locutus est. Καὶ περ ἀ δέσποτα, partim ut fatetur, se esse in potestate vicitoris, quem nomine liberis populis invisi simo δεσπότην consalutat, partim ut hac appellatione iratum Cyri animum demulceret, partim denique ut violatae fidei poenam quasi tacite hoc modo deprecaretur. Sine dubitatione abhuc versabatur ei ante oculos exemplum, quod in Elio, quem Cyro obudem dederat, in conspectu Patris statutum est, quodque matremque eo affixit et concurvavit, ut volviri attonea luctu e muro Sardium praecepit, si daret, quod Crescas praedicto loco tradit. Habuit autem Cyru in castris Persas,

Medos

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

25

Medos et Hyrcanos, quorum plerosque et si ditioni suae obnoxios tenuit, tamen ante pugnae discrimen tanquam amicos et socios allocutus est, atque adeo prudentis belli imperatoria munus recte astitivit et gessit. Accurate Xenophon αἱ συμμάχοι καὶ οἰνωρὺς a Cyro appellatos fuisse memorat, Cyrip. IV. Nam apposita nota simili iudicis derivabit de significatione insigniori, qua continentur omnes ii, quod quot foedus belligique gerendi societatem contraxerunt. Idcirco συμμάχοι denotat foedus, idque tale, quod cum inferendi, cum defendendi bellum causam initur, atque hoc modo ab επιμαχίᾳ distinguuntur, quae foederis ad defensionem pertinentis notionem habet, id quod apud historicos pariter atque Oratores, praeceps apud Isocratem et Thucydidem inueniamus. Proinde Persae et Medi ius συμμάχια non habuerunt, propterea quod ius huius foederis non potest se iungi a iure belli, quod neuri vindicare sibi poserant, quam in exquisitiissima parendi conditione erant, atque adeo non alio nomine censembarunt, quam ii populi, qui herili regum imperio et potestate continentur. Tantum autem inter συμμάχους, atque inter eos interēst, quantum inter αὐτούς, et ὑπηκόους sive quantum inter liberos et subiectos, Hyrcanii a Cyro in amicitiam sedusque asciti, Φίλοι καὶ σύμμαχοι nominantur, apud Xenoph. IV. p. 108. et 94. collat. Quanquam non est dubium, quin regis maxi mi et bellicosissimi nomen et autoritatem comiter habuerint, quippe qui iam per tot regum populorumque clades ad summam terrarum orbis potentiam grossabatur. Hinc Strabo Hyrcanos ditioni Persarum annumeravit, Geogr. XI.

VII. Igitur Cyrus, armorum et equitandi peritisimus Rex, primus inter Persas magnum Asiae Imperium suscepit, ac tenuit, illudque mole sua fundavit, et opibus auxit, victoriisque nobilitavit, atque hac dignitate posteris et successoribus praeluxit, atque hoc ordine omnes suae nationis reges praecessit multumque antevertit. Equidem non ignorō, Aeschylum tradidisse, duos Persarum Reges ante Cyrum, sed ut ab eo dissentiam, vetera Berossi et Megasthenis monumenta, et omni exceptione maior Ptolemaei canon, et veritate praestant Herodoti historia, et Graecorum sive omnium consensus facile me adducunt et persuadent. Quanquam autem ultimis Persarum temporibus vixit floruitque Aeschylus, et plerasque eorum res vidit praeliisque interfuit, tamen historicorum fides nunc debet esse potior, quod Poetarum institutum valde diversum est, et ab historia quam longissime recedit. Sive ergo decoro artis, sive expoliioni tragœdiae verum fabulosumque de industria miscentis atque temperantis hoc tribuat Aeschylus, id nunc ad me non attinet, neque efficit, ut historiae leges convellantur. Nuper tamen Thomas Stanleius, homo Anglus, idemque Graece doctissimus, sententiam iuxta et autoritatem Aeschyli vel hoc in primis argumento defendere voluit, quod res Persicas praeclare cognitas habuisset, ac in ea tempora incidisset, et aliquoties contra Persas dimicasset, atque in pugna etiam Marathonia pariterque Salaminia et Plataensи fortiter stetisset, V. Comment. in Aeschyl. p. 773. Verum haec omnia,

D

qyan-

quantamcunque speciem praeferant, vel ideo nihil probant, qvoniam res aetasque regum Persarum versibus attigit, et scribendo vatis personam sumpsit atque sustinuit, et summatim genus mythicum est consecutus. *Vid. tragocedia, quae inscribitur Persae, edit. Henr. Stephani, pag. 162. ubi vetus, atque a Petre Villorio recognitus Scholia festi, quod ad Persarum Chronologiam spectat, annotavit.*

IX. At enimvero non solus Stanleius in constituenda regum Persicorum successione Aeschylon nimium indulxit, sed etiam aliquanto post civis eius Ioannes Marshamus, id sibi faciendum putavit, ut reges rationesque Persicas ex sententia Aeschylis ordinaret, idque auctore etiam Xenophonte confirmaret. Cuius et in scribendo diligentia et candor omnibus explorata sunt, neque tandem, nisi temere, negari possunt. Iure hic dolendum est, intercidisse Persarum fastos, quos Berofua Megasthenesque inspicerunt, quosque ad Iosephi tempora pervenisse integros, haud dubitamus. De Xenophonte autem dicere necesse habeo, eum in Cyripaedia non voluisse tradere historiam successionis regum Persiae, sed imaginem duntaxat boni sapientisque regis in Cyro effingere studuisse. Monet enim, et instruit formatque principem, qualis esse debeat, non, quis fuerit describit. Apposite Cicero omnium Graeciae monumentorum peritissimus tradit: *Cyrus ille a Xenophonte non ad historiac fidei scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, lib. 1. ep. 1. ad Quintum Eratrem.* Quod dictum sententia sua comprobant Desiderius Erasmus, Iustus Lipsius, Iosephus Scaliger, Gerhardus Ioannes Vossius, ac nostra memoria, praeier Marshamuna, doctissime omnes.

X. Iam res ipsa postulat, ut seqvamur Herodotum, Xenophontemque deferamus, propterea quod antiqui prope omnes illius historiam, quae ad res originesque Medopersicas spectat, retinent ac probant, et quod huius rei caput est, minime ab ea discidunt rationum coelestium artifices, iidemque gravissimi ad assentiendum auctores. Nisi quod Ctesias scriptum reliquit, Cyrum cum Astyage nullam habuisse necessitudinem atque cognationem. Illud autem provero accipit, ultimum Medorum regem fuisse Astyagem, in quo et cardo huius controversiae vertitur, et Herodoti sententia confirmatur, *in excerptis Phot. sunpranominatio.* Subscribit Thucydides, et quum attingit Persica, Cyrum nominat, et iis designat appellatque verbis, quae plana sunt, ac neminem dubitare sinunt. Meminit enim Κύρος περτῶν πρώτης Σασιλέωντος, καὶ Καρβίστης τὸν οὐεῖς ἀντός, hist. 1. Tacite, opinor, consentit scholia festi, qui nihil praeterquam rationem Grammaticam explicavit, et ἀττικῶς λεγόμενον συντά τὸν οὐεῖς subiecit, cursimque denotavit. Existimo quoque huius sententiae fuisse Diodorum Siculum, quando eversum Medorum regnum cum fundato Cyri imperio eventus et fortunae societate coniungit, Bibl. hist. XIII. 22. Aperte tradit Strabo, Medium regno, quod haec tenus tenuisset Astyages, a Cyro Persisque fuisse privatam, Geograph. XI. Nam de Media loquens scribit: ὅτερον δ' ἵπος Κύρος καὶ Περσῶν αὐτοὶ θέσται τὴν τοσαῦτην

85-

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

27

Ιερός τον Κύρου γένος, ηντος την πατέρα την Μήδων, καὶ οὐκέτι Κύρος. Παρίτερον διορθώστομος κατάπτει Μήδων Κύρος, ορατ. LXIV. Consulter hic praetermitto, quod Graecæ docti solent observare, notione imperandi hoc verbum tali modo esse construendum, quamvis non ignorem, apud Isocratem cum casu accusandi iunctum inveniri, in panegyrico. Simul recordor, Dionem Chrysostomum utroque casu positum enunciasse, exempli gratia, τὰς Ἑλληνας σχράτησαν, Orat. XXXIII.

XI. Neque mihi aduersatur Libanius, excepto, quod parti imperii modum attinet, de quo longe aliter pronunciat et sentit, clariusque Cyri bellum, quam iustius fuisse confirmat, et nunc eius avaritiam, nunc impietatem reprehendit. Αὐτὸς θεὸς, inquit, καὶ νικήσας Πέρσας, Μῆδοις ἐπελθὼν τὴν πατέραν διέφθειρε τὸ μέν τοι πλεονέξας εἰπεῖ ξέμενος, τὸ δὲ δυστελέας καὶ πόρρω, in oratione III. quale Basilicus inscribitur. At Cyrus non vicit Persas, sed incitavit persuasitque ad defectionem a Medis. εἰς τὸν δικηναὶ dico, αἱλλ' ἀνέπειστε αἴτιοι οὐδεὶς αἴτιοι οὐδὲ Μῆδων, vid. Herod. I. 125. 126. Quare insignior Atticae svavitatis cultus, et declamandi nitor apud Libanium non indicant semper accuratas historiae rationes, quasiam ex Herodoto confeatas habeo, quasque ante Libanium probat rhetor Chrysostomus, ille Atticae elegantiae artifex pariter, et Lyfiae diligentissimus imitator, quum memoriae tradidit, Cyrum Persas antehac Medis addictius parentes, servilemque in modum obsequentes restituisse in libertatem, Orat. XXV. Tantum vero abest, ut dici possit, invitatos Persas a Cyro ad obsequium fuisse redactos, ut quoque affirmandum sit, eum volentes, dataque tunc occasione excitatos, ductu atque imperio suo in libertatem vindicasse, quorum ingenium praecellare cognitum habuit, et iugum crudelitatemque Medorum penitus aversari intellexit. Eo scripsit Diodorus, et interrogandi schemate rationem causamque eversi Medorum regni expedivit. Τί καθάλει, inquit, τὴν Μήδων αρχήν; ή πρός τὰς ταπεινοτέρας ωμότης. Inde constat, Persas Medorum crudelitate abalienatos, mansuetudine retineri potuisse, nec difficile fuisse Astyagi servare regnum, quod sua et domestica potentia nitebatur: ex adverso Cyrus alieno et precario auxilio indigebat, neque ante hos motus privati modum excedebat. Quamobrem rursus ibidem Diodorus, priorem eamque privatam Cyri vitam considerans ait, εἰδιώτης, τὴν Ασίας ὅλης εἰσαγόντως. Ratio civilis prudentiae id profecto ab Astyage requirebat, ut Persas libertate multatos imagine libertatis sapienter mulceret, et quamlibet abiis alienior, regnandi causa minimum benevolentiam præse ferret. Sed invisa regum dominatio neque diuturna, et raro felix est, præsertim quum populus longe dissipatus, a valido et potente vicino repente mutari, ac facile impelli potest ad seditiones. Proinde Cyrus Persarum in Medosodium ad explendam suam ultiōrem adhibuit, eosque persuasione in sententiam inferendi belli adduxit, atque ita has partes satis callide egit: de nulla au-

D 2

tem

tem te minus, quam de iustitia cogitavit, quum eius belli dux et autor fuit. Vel enim Cyrus bellum fecit, ut vindicaret illatam infanti sibi iniuriam, vel ut Persas in provinciam redactos affereret in libertatem. Vtrolibet modo sententiam dicamus, iniuste fecit. Etenim privato homini summum factorum regis iudicium tribuere nefas est, propterea quod regum ultio ad gentes persinet, quae ius imperandi habent. Deliquerit ergo Astyages: attulerit Cyro iniuriam, scelusque perpetrandum destinari: non tamen id perpetratum est, nec ideo Cyrus fuit index Astyagis, multo minus puniendi ius in eum habuit, neque tali in statu fuit, ut regni ob delictum auferendi potestatem sumere sibi iuste posset. Namque ius poenae, quod ex delicto iniuriave oritur, in foro gentium nemo obtinet, praeterquam gens in gentem: quae idonea et habilis puniendi ratio minime tunc cum Cyri conditione congruebat. Si maxime etiam Cyrus pro libero se gesisset, atque in eum statum devenisset, ut belli iure agere, et experiri armis integrum ipsi liberumque fuisset: non id protinus eospectat, ut evertendi regni Astyagis ius potestatemque consecutus esse censeatur. In aequo et bono gentium indicio non inspiciuntur colores duntaxat et speciosa nomina, sed rationes causaeque veram, nec sicutam belli iustitiam probantes expenduntur. Εἰρήνην καὶ πόλεμον ἡ τῶν οὐρανών δέξιωσι, δλλ. η τῶν χρωμάτων διατάξις, ἀληθέρον γνωρίζειν τέθυνται, Heliod. VIII. Atqui ex faciliore ab Astyage in privatum, ut tunc Cyrus erat, admissus, nec dum impleto et consummato, causam occasionemque auferendi regni statim arripere, et motum seditionemque excitare, minime per honestas acqirendi rationes licebat. Praesertim quum restabat modus reconciliationis sine bello facienda, quae tanto facilis sperari et obtineri potuit, quanto arctius inter avum nepotemque vinculum sanguinis fuit. Illud jetiam prius potiusque Cyrum decebat, ut admonendo, rogando, et per necessitudines atque per officium regis, perque legem humanitatis avum obtestando, idoneam servandae utrinque concordiae viam miret, idque vel eo nomine fieri par erat, quod regnum Astyagis ad nullum alienum, quam ad Cyrum, transmitti potuisse, si quidem successor, quam invasor esse maluisset. Enimvero Astyagi prole virili destituto, qui succederet, nemo dignior erat propiorque Cyro, enus ex Mandane filia nepote. Evidem voluntario iure gentium, et conjectura voluntatis primorum acqiventium id nititur, et iustum aequumque est, ut regna imprimis despotarum continuentur in primorum acqiventium posteris, adeo ut, si universa quoque illorum propago virilis generis extincta sublataque fuerit, filii nihilominus ex femina a virili stirpe auctoris et parentis regni descendentes ad successionem admittantur. Neque vero melior erat libertatis repetenda titulus, siquidem hunc Cyrus prae se ferre cupiebat, propterea quod Persae non erant sui iuris, Medorumque imperio armis quaesito, et longissima temporis possessione sine turbis, sineque contradictione seruato, lege parendi tenebantur, atque adeo ob factum Asty-

gis

gis in privatum civem, et quidem metu potius externae potentiae, quam conatu instruendae tyrannidis admissum, a parendi obligatione se eximere non poterant: tantum abest, ut in Cyri potestate id fuerit, ut etiam huiusmodi consiliis et rebus tota Cyri conditio repugnaverit, quippe quae sicut privata regique obnoxia fuit, ita efficere non potuit, ut populus alii subiectus redigeretur in libertatem.

XII. Qvocirca si negotium hoc sine loqvendi figura suis, ut pareat, momentis ponderamus, nihil praesidii ad hanc causam afferunt magnifica et singularia elogia, quae vel a magnanimitate Cyri, velut insigniore qvodam Herois impetu factum excusante, vel ab insito libertatis desiderio atque eius vi non facile modum habente, vel a pietate denique, et laudato pasim in sacris literis, et patrum monumentis *undī* nomine desumuntur. Eqvidem μέγεθος Φεγονίστης post Graecos veteres Graecorum Romanae ditionis in Oriente Imperator Manuel Palaeologus, Cyro libenter ac merito vindicavit, *Orat. I. pag. 140. collat. orat. II. p. 185. edit. Leunclav.* Sed utcunque magnanimitas Cyri ex multis et illustribus ipsius factis elucet, tamen ira et odio adversus avum legitime regnantem incensus, novasque deinde res molitus, non modo mansuetudinis, sed etiam magnanimitatis laudem amisit. Gloriosum est pati, qvod iuste vindicare nequeas, et malum est ulcisci, qvod aequo animo ferre debeas, atque, ut *Seneca* pronunciat, *miserius est nocere, quam laedi, epist. XCV.* Neque eo secius fallax et inane argumentum est, qvod suppeditat *αὐτοψιας ἔργως*, qvodque multi populi ita sibi proposuerunt, ut male secum actum existimarent, nisi pro libertate omnia experirentur, *vid. Dion. Prusacensis Orat. LXXIX.* At nomen libertatis laepe cum iniuria coniunctum est, et seditionibus praetexitur, si quando id agitur, ut hac iuris specie obligatio parendi tollatur, qvod evenire solet, qum honesta ratio abest, et iusta defensionis causa removetur. Nec, si Persae regebantur ab Astyage durius, ideo statim tyrannide opprimebantur, qvandoqvidem non una et eadem ratio est *μοναρχίαν* et *τυραννίαν*, siquidem strictiori significato ab se discernuntur. Quinimo βιαζόμενος αρχαν tolerandus est, qvoniam constituto imperio, ius parendi statim acquirit imperans, praesertim in dominatu, qualis apud Persas Medosque obtinebat. Aristotles affirmit, regna herilia per se non esse iniusta, et congruere Asianorum praeceps ingenii, atque a maioribus transmitti legitime ad successores, *polit. lib. III. c. 10. collat. lib. I. c. 3. Augustinus herilium imperiorum iustitiam et utilitatem probat, et servitutis initia causasque ex recondita philosophia edifferit et confirmat, lib. XIIX. c. 2. et lib. XIIX. c. 15. de C.D. Congruitque hoc veteris et repte sententiae Ecclesiae moribus, atque intelligitur ex responso Dionysii Alexandrini, τὸν ἑταῖρον τὴν βασιλείαν ἐγχειρίσαντα offeverant, atque eam ob causam Imperatores Valerianum et Gallienum θεοφιλεστές appellantes, in fragmento apud Eusebium Hst. Eccles. lib. VII, c. 11, Utique autem hi ambo*

II. MEDOPERSARUM INITIA.

a cultu et disciplina Christianorum alieni erant, et insignitamen atque ad morem seculi pertinente elogio ornabantur, atque adeo proprie summam potestatem a Deo traditam sacratissimi dicebantur. Quod non modo ad bonos et malos, sed etiam par iure ad Christianos, et non Christianos reges spectat, vid. August. de C. D. lib. IV. c. 33. Atque haec opinio etiam hominis a diviniore coetu segregatos imbuuit, tamque in rem M. Terentius Eques Romanus dixit, Tiberio summum rerum iudicium Deos dedisse, Annal. VI. 8. 5. Vnde sequitur, quod apud eundem Marcellus pronunciat, bonos Imperatores voto expetendos, qualescunque tolerandos, Histor. IV. 9. 3. Nisi tamen regna sub speciali pacto concessa collataque sunt, quae aliorum spectant, et diversa ratione continentur. Postremo nomen uncti magnae quidem dignitatis & singularis exempli, ac divinae etiam autoritatis esse scio et fateor, res autem per se manifesta est, id non dirigi ad significandam belli cum Astyage gesti iustitiam, sed duntaxat ad Hebraeorum populum Cyri beneficio ex servitute Babylonica vindicandum adhiberi. Nam qui Dei loquentis sententiam reddit Esaias, vix ab uncto, id est, consecrato excitoque et destinato ad agendas has partes Cyro exorsus fuerat, quum statim ad eundem subita atque directa oratione conversus, insigni et significanti dicendi figura, quam Rhetores apostrophen nominant, coeleste, atque ad liberandum Cyro auctore populum pertinens oraculum interpretatur. Vid. divinoris buius varicinii caput XLV. 1. et 2. 5. collat. Nec desunt exempla aliorum, uncti nomine passim in sacro codice appellatorum, inter quos praeter Cyrum memorandi veniunt Nebemias, Artachasta, sive nostra sententia Artaxerxes Mnemon, Zerobabel, et Pontifex summus, et plerique tales a Deo electi processer, qui munus dignitatemque hoc nomine denotatam non aliter, atque meri homines in terris habuerunt pariter et administrarunt. Igitur a parte buius argumenti, atque ab hoc instituto abhorret interpretatio uncti οὐαὶ τοῖς δίκτι, cuius actiones testantur prorsus divinam vim, et naturales humanaque vires excedunt ac superant, neque caduca potentia nituntur, neque ad praeium fragile et peritum, sed ad libertatem aeternae per Christum recuperatae beneficium spectant. Itaque coarguendi sunt Hebraeorum Magistri, qui alibi et in sede propria ac domestica variciniorum de uncto editorum, protenus Cyrum, vel quemvis alium regem et ducem, merumque adeo hominem interpretantur. At Cyri illa constitutio, quae in favorem Iudacorum promulgata est, extat II. paralip. XXXVI. 22. 23. Ibidem quoque omnia regna orbis terrarum ab ipsomet Deo dicuntur Cyro esse tradita, quod sensu permittendi, dirigendi ac puniendi intelligendum est, quatenus de modo acquirendi regna agitur, quem ut iustum fuisse dicam, omnino a me impetrare non possum. Etenim Deus regnorum conditor atque arbiter ut multa fieri, ita etiam imperia transferri contra regulas humani iuris, interdum patitur, regesque saepe in scelera prolapsos per reges alios ulciscitur ac evertit. Ipsa tamen ulciscendi ratio iniusta est, Deoque disperget, et crudelitate non vacat. Idcirco omnia ea, quae de Cyri pietate tradantur, sine dubio

vel

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

31

vel ab elogio uncti Cyro regi attributo, vel ab eius propensa in Iudeos voluntate, edito. Elogie restitutionis ipsorum causa promulgato sumptus sunt, passimque apud Patres et scriptores alios leguntur. Et quamvis non ita pridem aliquis inter iustas belli a Cyro susecunda prius causas ultionem factae expositionis referre videatur, D. Textor Syn. I. G. cap. XVII. pag. 12. Ea tamen idoneo ac firmo fundamento non fulcitur, quoniam Cyrus publica et regia auctoritate caruit, ac bellum iure agere non potuit, atque adeo ad causam hanc armis disceptandum per se non habilis fuit, nec modo iure nihil repreheneret potuit, sed quoque morem repetendi scialem neglexit. Alter, et haud barbarae ratione Barbari quondam censuerunt. Ακίρυκτοι πόλεμοι ἀγειν οὐ τὰς μηδέν αἰδηκότας, οὐ τέσσοι, οὐ τελεως ἐνπεπις αὐθρώπεις θεον, apud Graeculum non inelegantem Io. Cynnamum Hist. I. II. Multum ergo interest inter εὐσολὴν καὶ πόλεμον, constatque satia, nec iustum nec pium esse bellum, quod solius ulterioria dominatioque causa paratur, cuiusmodi hoc merito censetur, quod Cyrus ad eripiendum Astyagi regnum constituit, animumque per se incitatum contemptus recordatione magis accedit. Nihil enim indolis ex iratae homines perinde graviter ferunt, atque contemptum, qui mulcos ad extrema consilia impulsit, quod vel Cyri, Λαζης τὸ καταθεγιὲν τὴν αἰχνὴν θαλάσσην exemplum demonstrat, apud Aristotelem Polit. V. c. 10. Sed id Cyri mactas αρχὴν Astyagi eripientis factum non excusat quoniam si vel maxime Astyages non circumspecte satu periculum ex capite contemptus metuendum providit atque evitavit, non tamen ideo iustum Cyri bellum fuit, quem certe ambitio et ultius ad arma stimularunt, cum Astyagem securum & segnem videret, unde epocha Cyri ἐλευθερουριος est constituenda. Conf. Arist. cit. loc.

(31)

XIII. Sed quisnam ille fuerit, quo regnante Babylon Urbi caput, et maximi terrarum orbis imperii sedes a Cyro capta et subacta fuerit, nunc in disceptationem venit, et discordibus etiam scriptorum sententiis definitur. Ac iam quidem res eo redacta erat, ut Cyrus non de libertate, quam victo Astyage, consecutus est, sed de totius Asiae dominatione certaret, atque ad perficiendas huius consilii rationes terrorem pariter et vires longe maximas afferret. Igitur tertium belli fortunam experiri ausus, Babylonem versus movet, et occupata urbe, Nabonidum, quem Darium Medium nominant, dedere se coactum regno Babyloniae exxit, atque eo in Carmaniam dimisso, vastum Asiae imperium plene ausplicatur. Quae sententia auctores graves ac perverstos habet, praecipue eos, quos in rebus Babylonicis diligenter versatos, esse constat, quorumque non multa, sed vera et certa, in quantum huc spectant, monumenta apud Berossum atque Megasthenem inveniuntur. Haec talia quidem fide atque diligentia Iosephi et Eusebii asservata sunt, quibus libens assentior, nisi quod Iosephus eorum interpretando sententiam, longius deflexit, perswasusque est, Darium Medium non eum, quem diximus Nabonidum, sed filium Astyagis et Nabonidi successorem, nec Cyri Babylonem occupantis ho-

hostem, sed socium fuisse, *antig. Iudaic. X. 12.* Itaque si huius auctoritati standum est, non possumus inficiari, Darium Medium fuisse Cyaxaren, et dato etiam hoc, ratio prompta erit concedendi utrorumque amicitiam ac sociale bellum. Verba Iosephi concepta sunt. Επὶ τέτοι ερατίνεστι κύρος τε ἡ Περσῶν Σαστλεύς, καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδων. Et eodem capite aliquanto post haec tradit. Διχρέω τῷ καταλύσασθαι τὴν Βαβυλωνίαν πόλεμονα μετὰ Κύρου τῷ συγγενῖς, ὃς οὐ εὖκοστὸν δέυτερον, ὅτε τὴν Βαβυλωνίαν ἔλει. Οὐ οὐταργάνιος. Quae etsi apud Berosum non extant, collegisse tamen inde Iosephus videri voluit, quod fit, ut scriptori per se egregio et gravi in hac maxime causa nihil deferam. Nusquam enim scripsit Berosus, Astyagem genuisse filium, quippe quod Herodoto, Ctesiae, Iustino, et Sulpitio Severo prorsus adversatur: nunquam tradidit, Cyrus rege quodam socio et adiutore Babylonis expugnandae usum, multo minus affirmavit, Darium Medium venisse in laboris victoriaeque huius partem, quandoquidem id Cyri instituto non congruebat, ut Asia duos iam praepotentes reges ferret. Hinc Berosus memorat, Nabonidum I. αἰτιήσαντα, Cyro occurrentem: quod non socii et amici, sed hostis erat. II. ἡσσηθίσατα, acie viētum: III. Φυγόντα, fuga se proripientem. IV. ἐγχειρίσαντα αὐλόν, victum Nabonidum se dēdētēt. V. Victorem ἐκπομφαντα τὸν Ναβόνιδον ἐκ τῆς Βαβυλωνίας, Cyrus Babylone eum dimittentem, et revera regno Babyloniae privantem, apud Eusebium præparationis Ev angelicae lib. IX. cap. 40. Sulpicius statim ab occupato Medorum regno transiit ad Babylonios, breviterque dixit. *Babylonii quoque in potestate ditionemque eius (Cyri) concessere, hisp. II. 10.* Iustinus equidem non praeterit Cyri bellum cum Lydis, sed ordinem temporum bellorumque invertit, et Babylonios ante Lydos ad obsequium redactos esse prodidit, idque ex Togo Pompeio haud dubie desumfit: *Cyrus quoque post victoriam, compedit in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. hisp. I. 7. 4.* Quod in expedito est corrigeret ex primo Herodoti, et Xenophontis Cyrip. septimo libro. Illud vero non spernendae dubitationis est, quod a Megasthene accepit Abydenus, qui ad confirmandam adversae partis sententiam haud obscure qvaedam confirmavit. Vix enim ab oraculo Nabuchodonosori exorsus erat, quum eius fide cuius auctor ipsi fuit Megasthenes, scripsit sequentia. Ήζει Πέρσης ιηλόνος, τοῖσιν ημετέροισι δάίμονος χρεώμενος συμμαχοῖσιν, ἵπαζει δὲ δελοσύνην, δὲ συνάντος ἐσαὶ Μῆδης, τὸ Ασσύριον ἀνχημα, apud Eusebium eiusdem libri cap. 41. ιηλόνος, inquit. Dio Chrysostomus ὄρεια dixit, Orat. LXIV. Causam occasionemque nomini ab oraculo Delphico datam videre est apud Herodotum I. 55. Magnopere miror, summos et Graecē doctissimos Chronologiae duum viros Iosephum Scaligerum, et Dignysium Petavium huc non advertisse animos, neque de componenda hac re, et concilianda huius loci lectione cogitasse. Nam vulgaris interpretatio plane discrepat ab ingenio et usu Graeci sermonis,

pro-

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

33

propterea qvod verborum, qvae ex Abydeno attruli, non aliud potest esse sensus
 quam qvi societatis et auxilii ratione continetur. *Franciscus Vigerus*, et si Grae-
 carum peritissimus, nihil mutandum corrigendumve esse censuit, qvando
 sic vertit: *ac qve huius cladi auctor etiam Medus quidam erit.* Perperam proinde
 verto. *Cuius etiam calamitatis adiutor erit Medus.* Luculenta est vaticinii si-
 gnificatio, qvae spectat ad modum, qvi futurus sit adiutor et socius belli Baby-
 loniis inferendi. Igitur si locus ille ad probandum assumi debet, *auctiōē legen-*
dūm est, qvo pacto sensus bene habet, ac denotatur is, qvi futurus sit in culpa
illius calamitatis, quam oraculum Nabuchodonosori praenunciavit. De Iose-
 phi dislensi existimo, eum obtendi non posse, praesertim, qvum incerta et do-
 mestica Hebraeorum placita amplectitur, ut hic appareat. Recte in hanc rem
 scripsit et iudicavit Hugo Grotius. *Iosepho magna fides haberi debet in rebus Hero-*
di magni, ac deinceps. Item ubi externos auctores, non ubi Iudeos, multa in histo-
 riis contra verum somniantes sequitur, *not. in Daniel. V. 31.* Georgius Syncellus
 tradit, Nabennidum imperasse Medis et Persis, ac modo Darium Medium, mo-
 do Astyagen appellat, atqve adeo Cyri avum vocat, *Chronograph. pag. 231.* Ex-
 inde Iohannes Marshamus arripuit occasionem distingvendi reges Astyagis
 nomine insignitos, ita ut alter eorum Herodoteus, alter Xenophonteus nomi-
 nari possit, et prior duntaxat a Ctesia, Astyagis et Cyri propinquitatem negan-
 te, intelligatur, posterior autem Syncello congruat, ac plane alias sit, et Cyri
 avus dici mereatur, *in canon. Chron. Sec. XIX. pag. 605. et 620. edit. Lipsiens.*
 Qvos duos ac diversos Astyages argute excogitavit Marshamus, et propter fu-
 tilem hanc Syncelli narrationem verae ac veteri historiae audacter contradixit,
 qvi meminisse debuit, in ea ad factum pertinente re iudicio aliquid, ingenio
 nihile esse indulgendum. Vnus enim idemque est, Astyages apud Herodotum
 et Xenophontem, et si instituto scribendi utriqve ab se disident, et in contraria
 nituntur. *Iacobus Goar*, qvi et recensuit et emendavit Syncellum, fatetur qvi-
 dem, *Astyagen affinium nominibus in se translatis varie fuisse vocatum, ac deinceps*
refert auctoris Chronicis Alexandrinis ex aliortum mente prolatam sententiam,
sed directe non probat, nec defendit, cuius menda alioqvi non praetermisit,
et parastigmos etiam saepe notavit atqve castigavit, annot. in Syncell. p. 63. Caute-
 enim et consulto scripsit, qvisqvis fuit ille auctor, *Ιων Φασι τὸν Δαρεῖον καὶ*
Αστυγένην ἐπικεκληθεῖς. Id demum refellere supervacuum est, qvod Iacobus
 Vfferius affirmavit, Cyrus occupata Babylone, Dario Medo Chaldaeorum im-
 perium tradisse, et Cyaxarem (intellige iuniorem) alio nomine appellatum fuisse,
annal. aet. mund. VI. p. 82. Ex eo Georgius Hornius annot. in Sulp. Severi hist. II. cap.
10. Et nuper admodum Cl. Ioh. Christopherus VVagenseilius Darium Medium pro
Cyaxare Astyagis filio habuit, in manissa de LXX. Hebreom. Danielis pag. 40.
 Id qvod cum auctoritatibus scriptorum antiquissimorum, tum rationibus ex

E

re

re ductis vieti approbare non possumus, atque adeo ingenue dissentimus. Nostrae autem sententiae applaudit *Iob. Baptista Ricciolius*, et *Scaligeri Petaviique* vestigiis diligenter insistit, et tradita ab his retinet ac fideliter reddit, *Chronologiae reformatae tom. 1. cap. 5.*

XIV. Iam Cyrus praeter vectigales subiectosque sibi populos, et signilatim Aeoles, Iones, et Dores, Graecosque in Asia fitos, *de quibus in quinto decimo Strabonis libro legitur*, Medos quoque et Persas, Assyriosque pariter et Chaldaeos, et totam fere Asiam in potestate sua habuit, quum novam amplissimi imperii sedem Babylone collocavit. Nam ab hac urbe vasta Orientis *Monarchia* nomen spiritumque duxit, et ea nunc belli victoriaeque Periarum magnum et insigne praemium fuit. Vnde operae praetium erit exponere Curtium, qui non Babylonem, sed *Persopolin caput regionis* dixit *V. 4. 33.* Nihil equidem hic annotant docti interpretes, et lectio per se proba nullo remedio indiget, sed nihilominus ratio temporum et incrementi Persarum imperii nunc incunda est, ut intelligatur, Cyrum diversas habuisse regias, quarum in regno Persidis fuit ea, quam Curtius modo denotavit. Et diu ante hunc scripsit Strabo, τὴν δὲ ἡ περσαῖς πόλις ἔχουν βασιλεῖα ἐκπειπτή, καὶ μάλιστα τῇ πολυζελέσι τῶν τεμένων, *Geograph. XV.* Deinde regum Persiae domicilium Susis extitit, quovsum id Cyrus transtulit, postquam subactis Medis, e re publica esse duxit, ut regia in interiora regni promoveretur, quod eodem libro iam ante indicavit Strabo. οἱ γὰρ Πέρσαι κρατήσαντες μῆδων, καὶ ὁ Κύρος ἀράλες τὴν οἰκεῖαν γῆν ἐπισχάτοις τῷ ταττομένῳ, τὴν δὲ Συσίδα ἐνδοτέρω καὶ πλησιαζέεται τῇ Βαθυλαίᾳ ἐφ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ἀνταῦθα ἐθέντο τὸ τῆς ηγεμονίας βασιλεῖον. Idem magnopere confirmat Herodotus, et loquens de Susis tradit: ἐνθα βασιλεὺς τε μεγαλεῖαν ποιεῖται, καὶ τὰν χρημάτων οἱ θησαυροὶ εἴβανται εἰσιν. *in Terpsichore V. 49.* In media aestate sedem domiciliumque praebuit Gaza Urbs, hyberno tempore. Ecbatana reges incoluerunt, *V. Strabo Geogr. XI.* βασιλεῖον αὐτοῖς Θερινὸν μέν τοις πεδίῳ ιδρυμένον Γάζα. Et aliquanto post. Καὶ ἦν τὰ Ἐκβατανα χειμάδιον τοῖς πέρσαις, *De Pasargadis Arrianus: "Βλαβεῖς Αλεξανδρεῖον καὶ τὰ τοις Πασαργαδώντας χρήματα, εἰ τοῖς Κύρῳ τῷ πρώτῳ Θησαυροῖς, de expeditione Alex. III. Curtius Per-sagadas scripsit, V. 6. 10.* Ad ultimum Babylon omnium Cyri regionum, in unius maximi Asiae imperii nomen ditionemque redactarum caput ac sedes omnino princeps fuit. *De cuius origine et primordiis vid. Abydenus apud Eusebium de præp. Evang. lib. IX. c. 41. collat. cap. 14. et 15. nec non apud Syncellum p. 42. 43. 44.* Sed Indos imperio suo non subiecit, et si ab eorum finibus proxime abfuit, et usque ad citeriorem Indi fl. ripam magna cum nominis rerumque gestarum fama penetravit. Igitur lepidum est, quod aliqui Dionis Chrysostomi *Orae de Cyro* interpretandum esse existimant, ut probent, eum regnasse in Indis, ad quos nunquam venit, nedum apud eos regnavit.

vid.

vid. supra §. 12. Obloquitur tamen Georgius Syncellus, et Indos a Cyro de-
bellatos narrat. Κατ' Ἰδῶν, καὶ ἀλλων ἐθνῶν ἐορτὰς Σπηλίας, Chron. p. 232. Si
populus cis Indum sitos intelligit, res confecta est, quandoq; videm ad eorum
fines Cyrus accessisse largimur. Diserte prudens accuratusq; scriptor Stra-
bo ex Megasthene memorat, Persas nunquam copias duxisse in Indiam, εἰκῇ
(στὸι τὴν ινδίνην) μὴ σερπεύσας, αὐτὸν ἔγγὺς ἐλθεῖν μένον, η̄ νίκα κύρῳ ἀλαυσον στὸι
Μαρσουγάτας, Geograph. lib. XV. Suspecta ergo et falsa Nearchi narratio est de
expeditione Cyri Indica, de cuius fide detrahit Megasthenes, cuius assensu di-
gna commemoration apud Strabonem extat. Id ceteroq; in ex dictis seqvitur,
ut annos regni Medo Persici a Cyro occupati ab annis magni Asiae imperii ab
eodem suscepit discernamus, qvippe qvos pariū aeqvoq; intervallo non esse
dinumerandos, ratio temporum, et ordo seriesq; rerum gestarum satis su-
perq; commonstrant. Simul et perspicere iam licet, qvis sit primus ille Cyri
annus, a qvo repetendum est solenne eius edictum, qvod et liberatis, et civitatis
Iudeorum instauracionem attinebat, apud Syncellum Esrae vestigia sequentem
Chron. p. 233. Annus haud profecto intelligendus venit alius, qvam qvi captae
Babylonis tempus insigniebat, ideo qvod Cyrus ibi non prius mandatum pro-
mulgare potuit, qvam regnum Babylonis, in qvo Iudei serviebant, occupa-
set, suaevque ditionis fecisset, id qvod devicto Nabonido accidit, cuius clades,
nec multo post facta deditio primum regni Cyri annum, in sacro codice me-
moratum, signat, atq; adeo definit epocham publici et favorabilis editi huius
mandati, qvod tamen astu et malitia infensorum populo sancto hominum im-
peditum est, qvo minus ad exitum perduceretur. Fuit autem hic annus regni
Cyri Medo-Persici XXI. expletus, qvi in diviniori scriptura nominatur regni
eius per eminentiam dicti, id est, Imperii Babylonici primus. Christianus Scho-
tanus longe discessit ab hū rationibus, et mandatum illud in annum Cyri XXIX. reie-
cit, hist. sacr. t. 2. in Sulpic. l. 2. c. 9. Qvibus rebus fiet, ut dicere necesse habe-
mus, Cyrus XXXVII. annis regnasse, qvod pugnat cum omnibus veterum de-
hac re commentariis, libris atq; monumentis. Pervetus ac indubitus
Ptolemaei canon novem Imperii Babylonici annos Cyro ascribit, qvos si cum
expletis XXI. regni Medo-Persici annis colligo in summam, conficiuntur XXX.
anni, qvibus universum Cyri regnum continetur. V. Clemens Alexandrinus Strom.
lib. I. Dionysius Petavius computat annum regni Cyri Medo-Persici XXII. non
integrum expletumq; intelligens, sed inchoatum, rationar. temp. part. I. lib. 2.
cap. 9. Herodotus confedit a me rationibus annum demit. I. 214. Nobiscum facit
Ctesias in excerptis Photianis.

XV. Ex his omnibus elucet Cyri vigilantia et fortitudo, qvam in rebus
et consiliis, ac in togae belliq; negotiis summa et singulari cum laude de-
monstravit. Qvam ob causam optimi qviq; et maximi Imperatores eum

diligenter et merito seqvendum putarunt, ac plerique etiam vitae ornamen-
ta pariter et errores cum ipso communes habuerunt. Exempla enim ali-
qvando iuvant et instruunt, interdum nocent atque impediunt, et plane
transeunt in imitantium mores. In qvo genere laudem meretur et habet pru-
denia fraenanda populorum ferociae, qvam Cyrus recte et feliciter usu pro-
bavit, magnasqve regni sedes vel temere mutavit, vel, si mutasset, in regni vi-
scera propriis transstulit, vel fine valido praefidio nunquam reliquit. *V. de Su-*
sis Strabo Geogr. XV. de Babylone Xenophon Cyri. VII. Imitatus hoc deinceps
est Constantinus M. sed non in omnibus prudentiae partibus momentisqve
expresit, neqve eadem agendi dexteritate perfecit, et Rheni Danubiiqve fi-
nibus praefidio nudatis, in Thraciam urbis et sedis condenda causa dicesit,
apud Zosimum II. 30. 34. Multo aliter et maiori circumspectione Carolus M.
novam regni sedem Aqvisgrani instituit, et urbem inter Gallos Germanos-
qve veluti medium tenuit, ac potentiam in utroqve limite satis opportune fir-
mavit, et Saxonum exinde premendorum rationem pro staru temporum uti-
lem idoneamqve invenit. *Hinc Roman transalpinam appellari solitam novimus,*
quam primam Franciae sedem dixit Nitardus lib. 4. Similiter Hispani Madrito
Hispalin, Stuarti Londino Edimburgum bene sapienterqve mutarunt. At
quantamcunqve etiam Cyrus operam sumpfit in administrandis imperii re-
bus, tamen educationis fuit negligentior, et filios domi militiaeqve habuit sibi
disimiles, et non minus familiae, qvam regno consuluit male. *V. Plato III. de*
legibus, qui id ingenue testatur. Haud secius Carolo M. evenit, qui aeternam-
qvidem fortitudinis famam sibi conciliavit, filium autem Ludovicum cogno-
mine pium ad artes belli non instituit, sed veluti inclusum septis, otioqve pio
deditum scientia et cura negotiorum civilium avertit, *apud Scriptorem ve-*
rem anonymum vitae Ludovici. Non eqvidem ignoro, qvod praeter alios,
Theodoreus et Cyrillus de religione Cyri tradiderunt, et probo etiam ma-
gnopereqve laudo religionis studium, qvod mentes regnantium coniungit
cum Deo, et spondet solidam huius ac sempiterni aevi felicitatem. Rekte e-
nim Hierocles, qui Pythagorae mentem et bene asssecutus, et probe interpre-
tatus est, omnes eos, qvotqvt ad opus se parant, commonuit, ut votis precibus-
qve viam hanc ineant, ac deinceps labore perfungantur. *σπινδοτας περι*
επιγενης αγενης, ευχιδας μεγονει, και ευχουσις την αγιοι ταινιης ιερογλεδας,
in carm. Pythagorae p. 237. Idemque innuit Isocrates in panegyrico, *Val. Max. I. I.*
cap. I. et docens exempla, Principes religiosos fere fuisse fortunatos. Sed quando
in superstitionem degenerat religio, et regum animos ab usu rerum agenda-
rum atque imperandi cura seiungit, ita ut persuationis vanitate irretiti tene-
antur, effeminatiqve reddantur, sane fieri non potest, qvin conturbentur o-
mnes vitae fortunaeqve principalis rationes, ac deprimantur generosae men-
tes.

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

37

tes. Qva ex causa Theodosii II. tempora insigni labe foedata sunt, qvibus obtentu pietatis socordia in animis valuit, et domi forisque respublica atque regentum auctoritas decreverunt. His deinde rebus factum est, ut Gothi, Alani, Vandali, Svevi, Burgundiones et Franci, Gepidae, Hunni, Saxonesque, et aliae praeferoce barbaraeque gentes, multas ac insignes imperii Ro. provincias invaderent et occuparent. Vid. Zosimus hist. lib. V. VI. et Salvianus de gubern. Dei, lib. V. qvi imperante Theodosio iuniori scripserunt, et causas diminuti Ro. imperii calamitatumque bellicarum, dissimili instituto et diversa ratione explanarunt.

XVI. Ceterum magnus Asiae imperator Cyrus, qvi felicitatis et potentiae modum servare potuit, fretus magnitudine opum et prospera superiorum, temporum fortuna elatus, regnique amplius augendi cupidus, spredo meliore consilio, duxit in Massagetas, et novissimum atque sibi exitiale bellum comparavit. Herodotus speciem iuris simulacrumque rei a vera causa distinxit, et consilii suscepti incitamentum ac modum, ingeniumque Cyri avidum et fiducia successuum sibi indulgens, gnaviter depinxit. Primo fontem indicat, unde promanat dominandi cupiditas, cum non qvid iustum, sed qvid utile quae- stuosumque sit, expenditur. Summa continetur his verbis, ἐσχε ταργυμίνω. Mox subiungit huius cupiditatis irritamenta, et qvo dominationis igniculi, apprime eleganti enumeratione exponit. πολλά καὶ μεγάλα τὰ ἐπιτερπόντα καὶ ἐπιτρέποντα ἦν. Hae enim sunt illae ipsae res incitantes atque instigantes, qvibus veluti stimulis agitati cupidine regnantium animi inardescunt, qvod Artabano usū venisse memorat Tacitus annal. VI. 32. 2. Vid. Grotius II. 22. de I. B. et P. Tum simulatum petendi connubii negotium aperit, et qvam vafre ea scena instructa sit, declarat: ἵμνατο τῷ λόγῳ, θέλων γυναικανην ἔχειν. Dici haec et credi volebat Cyrus, ut honesto matrimonii nomine regnandi libidinem tegeret, reginamque hoc subtili commento securam redderet, fal- leretque incautam. Hinc Tomyris, blanditias Cyri periculosas intelligentis responsum subiecit. Ηγέτης τόμηνεις συνέστα, όντε αὐτήν μη μνάμενον, αλλά τὴν Μαραγετών βασιληίην. Apte fatis ac tempestive regina hanc fucatam, et sibi regnoque perniciosa Cyri petitionem ab interiori eius consilio propo- sitoque discernit, et corruptelas muliebris delicateque moris procul habet, et sexu magis, qvam animo feminam reddit. Superiori aevo aliquid huius simile Elisabetha Angliae regina praebuit, et connubium ex causa rationeqve civili aversata est, qvando se peti qvidem a procis, sed regnum destinari existimabat, de qua vid. Gvrl. Camdenus, et Everardus Reidanus, sceti prudentesque scriptores. Postremo Tomyridis sententiam refert, eventumque designat, atque belli exinde orti initia, progressumque et exitum persequitur, et ut rem in pau- ca conferam, belli praetextum a belli causis, et momentis rationibusque in ge- nere morum moventibus distingvit. απείπετο τὴν πρόσθοδον, ait, l. 204. 205.

E 3

206.

206. Fuit hoc magnum omnino reginae consilium, quod statim cum facto coniunxit, postquam ex superioribus Cyri rebus de ingenio ipsius et moribus, deque proposito et cupiditate preferendi imperii iudicavit, ac sine dubio per aliquam, nec falsa indicia cognovit, eum sub specie amicitiae dominatum moliri. Nec tamen omisit Cyrus exaggerare contumeliam atque contemptum, et simulacra adduxit in theatrum, et titulo nomineque specioso personam hanc egit, quam Tomyris prudenter detraxit, et non ascita ornamenta pictosque colores, sed nativam et fuso vacuam rerum consiliorumque hostilium originem, et apparatum deinceps atque continuationem accurate penitusque inspexit. Quamobrem caduceatore misso, Cyrum ab aditu sium dehortatur, sed quum is nihil minus quam pacem cogitat, instructisque copiis versus Araxem fl. tendit, Massagetae hostem venientem expectant. Dolo rem aggreditur Cyrus, et relicta ex composito militibus reddit, deinde Massagetae superveniunt, atque in hos irruunt, et resistentes obviosque fundunt, nec multo post securi agunt, et splendide epulantur. Accepta clade, confestim Persae ex Cyri castris dimissi ultiōnis causa exeunt, et solutos negligentesque Massagetas adoruntur, et aliquos caedunt, plures, atque inter hos Spargapisen, reginae filium capiunt, custodiendumque curant. Is simul atque exhalavit crapulam, laxatus paulisper solutusque vinculis, odio taedioque captivitatis mortem sibi concivit. Quocirca Tomyris ira doloreque percita copias eduxit, Cyrumque diu et fortiter pugnantem oppressit, ut sciret posteritas, maximum et nihil modice cupientem Asiae Imperatorem, qui tot tamque fortes et opulentos reges viciisset, tandem ab una femina, et obscuri hactenus nominis regina, et, mirum dictu, ab impari et stolato hoste potuisse vinci, adeo ut victus quoque misera pariter et ingloria morte defungeretur. Vid. Herodotus I. 206. seq. 214. Quid assensu suo comprobant Iustinus I. 8, 11. seq. Val. Maximus IX. 10. Sulpicius Severus II. 13. Orosius lib. II. 7. Diadorus Siculus adiungit aliam facti nepiscia, atque affirms, reginam Scytharum, viito Persarum exercitu, Cyrum in praetorio caput, cruce affixisse, II. 44. Dissentit Xenophon, et placidum tranquillumque vitae evita exitum habuisse, nec in acie occubuisse, neque occisum fuisse, sed aetate proiecta decepisse putat, Cyri paed. VIII. Strabo auctore Megastheni memorat expeditionem in Massagetas, et quaque de mortis genere nihil tradit ac definit, tamen sepulcru m esse indicat, et sepulchri inscriptionem ex Ariostobulo et Onesicrito adducit, Geograph. XV. partiturque de sepulchro Cyri tradunt Plutarchus in Alexandro, Curtius X. 1. 30. Arrianus lib. VI. Ctesias refert, Cyrum in bello cum Derbicibus gesto, iaculo istum, atque ex vulnere saecum viventeque a familiaribus sublatum, et in castro relatum, ac deinceps mortuum fuisse, in eclogis apud Phorium. Proinde Xenophonti non tam veritatem facti, quam estivationis imaginem proponere volenti, haudquam suffraga-

fragamur, quippe quem et assensu suo desituit Cessas, et saltem violentae mortis indicium prodit. Non enim seorsim dicit, ἐπελευτὴς, aut τελευτὴς, sed respiciens ἀκόντιον, sive telum, quo verberatus vulneratusque erat, ἐξ ἡ τελευτὴς, ait. Similiter Philostratus in heroiū nostrā sententiam amplectitur. Iohannes Antiochenus quoque testis est, in pælio navalī occubuisse, atque adeo omnes prisci ac fide digni scriptores, excepto Xenophonte, in parte mortis violentae convenienter, et si in speciale ac definita aliquot circumstantiarum designatione differunt atque discordant.

XVII. Vt cunqve autem de Cyri exitu sentiamus, reliquae tamen eius laudes obterendae non sunt, neqve unius facti intempestiva ambitione praecipitati temeritas sic coargui debet, ut simul omnes ipsius superiores dotes, et prudentiae fortitudinisque monumenta deleantur. Vnum alternumqve horum selligam, et Dyrum Ottōnemqve magnos inter se contendam, qvorum uterque armorum auspicio ad summa pervenit: ille Afiae, hic Romanorū imperium armis obtinuit. De Cyro testatur inscriptio sepulchralis. ΕΓΩ ΚΤΡΟΣ ΕΙΜΙΟ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ, ap. Plutarch. in Alex. p. 703. et apud Arrianum: ἐγώ Κύρος εἰμι ὁ Καυθύσης, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσας καταστημένος, lib. VI. de exp. Alex. Ottonis Magni ius, qvatenuis supremum Romae dominium per se attinet, non successionē, sed bello, non transactione, sed occupatione partum est, atqve adeo derivata acqvirendi ratio eo non spectat, nec qvicq; Ottoni M. vel successionē transmissum ac traditum, vel pactione concessum comparatumq; est, qvoniam victo captoq; Berengario II. dominium eius extinxit ac sustulit, atqve ab eo nihil ad se transferre potuit, cuius omne ius iam ante prorsus intercidit desitque. Ratio acqvirendi igitur occupatione stetit, et infœcta cum SPQ pactio non fuit necessitatis, atqve in iudicio gentium praetermitti potuit, nisi ex capite prudentiae Ottoni aliter visum fuisset. Graeci qvidem occupationem describunt interdum per μεταφέρειν, qvod transferendi notionem habet. Sic Strabo de Cyro scribens, τὸν αρχὴν τὴν Ἀσίας μετανεγκει εἰς εαυτὸν, Geogr. XV. At id non eo spectat, ut ab Astyage aliquid accepisse Cyrum innuat, propterea qvod Astyagis ius extinctum erat, Cyrusq; solo belli titulo nitebatur, qvod adeo verum est, ut dixerit apud Xenophontem, τὰ τὸν ηττούμενων αἰγαθά τὰν κερτεύτων γίγνεθαι, qvae est ipissima originaria acquisitio apud Croton I. B. et P. II. XI. 1. De Ottone M. qui Berengarium vicit, exilioq; multavit, vid. VVitibind. Corbei, lib. III. in primis Luitprandus hist. lib. VI. cap. 6. et inter recentiores Carolus Sigonius de regno Italiae. lib. VI. fin. et lib. VII. init.

XIX. Praeterea Cyrus, anteq;am e vita decederet, imperium filio natu maximo reliquit, successionemq; firmavit, et, cur id faceret, idoneam rationem attulit, primoq; geniti ius suo et gentium humanius viventium consensu approbavit. Proinde imperium ab uno et natu maximo regi voluit, atq; adeo Cambysesem allocutus est, et successorem appellavit. Non qvod Cam-

cum fidio
et moribus
sine dubio
ominatum
et contem-
picio per-
ornamen-
torumq;ve
accurate
aditu fi-
nstructis
em expe-
bus rece-
entes ob-
r. Ac-
eunt, et
, plures,
que cu-
que vin-
Tomyris
tem op-
e Impe-
ab una
npari et
t inglo-
ensu suo
II. 13.
ffirmat,
affixisse,
subfuisse,
er, Cyri-
rat, et
icat, et
pariter
. Aris-
ni, arque-
stum, ac
on tam
am fof-
frk

Cambysi magis favebat, sed qvia rationi et Persarum moribus conveniebat, ut regnum attribueretur. Τῷ ωρετέω γενομένῳ, ηδὲ πλειόνων κατὰ τὸ εἰκός ἐμπιστεῖον, ap. Xenophont. VIII. Simili consilio prudentiaque Otto M. filium in regni Teutonici, ac deinceps imperii Romanorum societatem ascivit, ut res publica in successore certo insisteret, sineqve causa et prolapso staret et stabiliretur. Vid. V Viticbindus annal. III. Detmarus Merseburgensis lib. II. Ius enim qvod Otto M. Ludolpho natu maiori dederat, testamentoqve asfignarat, cum morte eius expiravit: né dicam, ob turbas, qvas Patri concitaverat, privari potuisse succeſſione, niſi facilem nimis ſe dediſſet Otto Pater, priorqve ad ignoscendum fuifſet, apud V Viticbindum d. l. Itaqve felicitate non aequivavit modo, ſed etiam ſuperavir Octavium Augustum, cuius familiam orbitas ſinuit, Claudiamqve evexit, Tacit. Annal. I. 3. 4. 5. 6. Melius cum Cyro aetum eſt, qvi et filios ſibi obſequentes habuit, et ſeditionibus ſpem occaſionemqve praecidit, et in hoc genere tam ſeverus ſedulusqve fuit, ut ſomniorum qvoqve rationem duceret, et Hyſtaſpi ea de cauſa mandaret curam, cuſtodiām qve Darii filii, qvem per quietem viderat, bumeris ſuſtinentem duas alas, quarum altera Europam obumbraret, apud Herodotum l. 210. Ominino autem hic prudentiae eſt perspicere, utrum ſuſpicio iuſta, ratio probabilis, imdia apta et idonea ſint? Vtrum deinde ſeveritas, an clementia expediatis? Id qvod recte cum animo cogitavit auctor epitaphii Mommorientani, hac ſententia inſigniti. Aliud ſeculum ignoscendo ipſi quaefiſſet gloriam, noſtrum puniendo quaefiſſit. Supplicium A. M DCXXXII. Tolofae de Henrico Mommorientio ſumptum indicat, et ſeveritatis invidiam neceſſitate temporum condonari cupit, nec non Richelii poena ſemper, nunquam poenitentia contenti, aevum signat, conf. Beni. Priolus de reb. Gall. lib. I. cap. 6. Sane imperantibus utile eſt, imitari medicos, et nunc aperire vulnus, ut expurgetur, nunc obligare, ut ſanetur. Saepe etiam, qvae caſu offert, in ſapientiam vertenda ſunt, apud Tacitum Annal. I. 28. 5. Uſu venit hoc Iuliano Rovereo, qvi vafra Caſfaris Borgiae conſilia in auctorem convertit, et ſubito improvifoqve caſu datam, infringendae eius potentiae occaſionem arriput, redditaqve Italiae ſecuritate, exitii Borgiani cauſas festinavit cum ab eo, ſi recuperaret vires, atrociora metuerentur: Antonius Maria Gratianus in Roderico et Caſfare Borgis. Utqve Cyrus agendo et audendo Persas antea obſcuros produxit in lucem, et ereptos e servitute magnopere nobilitavit et auxit, nec in otio, ſed in armis eſte voluit, Proceresqve gentis comiter invitavit multumqve provexit, ut patris imagine regiam ſeveritatem intuerentur: Ex reſponſo Hyſtaſpi ad Cyrus, I. 210. ἀνὴ δῆλων, ἵποιος ἐλευθέρες Πέρσας ἔναι. ἀνὴ δὲ αρχοδαὶ τὸν ἄλλων, ἀρχεὺς ἀπίστων. Et Xenophon lib. II X. τὸς ὁ φέαυτω ἀπερε ἔαυτη παιδαὶ ἴπια καὶ ἰθεοφύεις, ὅτι αρχόμενοι κύρρη αἱ πατέρες ἐσεῖσθο. Conf. Strabo XV. Ac ſine dubita-

II. MEDO-PERSARUM INITIA.

42

bitatione intendit eo animum Dionysius periegetes, quum dixit de Persis. *r' Aoring*
βασιλέων των ἔθνος ἔχοντων, V. Περίγραμτος 1056. Ibidem Eustathius scholasticus,
ubi multa egregia de ritu disciplinaque Persarum traduntur. Ex Patribus Augu-
stinus lib. IV. c. 7. de C. D. respexit locum Herodoti I. 126. Eadem imperandi ra-
tio ab Ottone Magno inita est, qvi manu et consiliis res maximas confecit,
Germaniamque in summum potentiae fastigium perduxit, et, ut Babylonem
Cyrus, ita Romanum vicit Otto intravit, hostesque repressit, et bella domestica
ignoscendo transgredit, aureumque seculum reparavit, Vid. Frodoardus Chron.
ad A. 962. Vitichindus lib. 2. et 3. Ditmarus Chron. Merscb. lib. II. Perinde ut
Cyrus Persiam, ita Otto Saxoniam evexit ac nobilitavit, et si quando a bello
*quies erat, non omisit certamina et ludos equestres, ut vigorem afferret ani-
mis, qvos otium deprimit languentesque reddit. Robur deinde et decus
*militiae in Germanis, praesertim in Saxonibus fuit, nec gentes nationesque di-
versas sub signis habuit, nec barbaros ad militiae societatem accivit, moremque
Cyri secutus est, qvi Persarum auxilio praecipue nitebatur, eosque ornabat et
*magnopere diligebat, Persarumque Proceres diligenter honorabat. Adiuto-
*res caute accipiebat, et circumspecte utebatur, ac deinde obnoxios sibi red-
*debat, armatusque semper pacta et leges custodiebat, severitatemque comi-
tate temperabat, ut ex Xenophontis Cyropaedia constat. Revera tamen eius
*imperium exquisito dominatu fulciebatur, et satrapae in eo servi erant, po-
pulusque regi addictius parebat. Neque iam est obscura ratio, quamobrem
Graeci Persarum Satrapas δόλης appellaverint, quippe qvos a regibus etiam
*misere mulctatos esse accepimus, cuius exemplum in Sisamne est V. Hero-
dous V. 25. Contra apud Germanos nullum servile obsequium deprehen-
dimus, nec Persarum indoles Germanorum ingenii congruit, neque horum
*Principes cum Satrapis illorum paria faciunt, neque sola Magistratum digni-
tate continentur. Altius sublimiusque ius est, qvod non ab uno et altero
seculo, sed ab incunabulis regni Teutonici arcessendum est: neque id non
*constat, qum ultima Francorum tempora respicimus, qibus Saxonum pro-
ceres non meri sane magistratus, sed regionis potentes dicebantur, erantque
adeo suorum districtuum reguli, et salva etiam libertate, et data acceptaque
*fide cum Francis coalescabant. Postea Franci omne ius, qvod cum in re-
gno orientali, tum in Romanorum imperio habuerunt, prorsus atque omnino
amiserunt, Saxonesque deinceps Augustum Ro. Imperium, iam inde ab
*Arnulphi tempore a Romanis repetitum, diuque a Langobardiae Principi-
bus sine Francorum contradictione possessum, atque a Caroli M. posteris
*deperditum et derelictum, idque non Francis, sed Longobardis eruptum, at-
que adeo non qua successores Francorum, nec iure ab his devoluto, sed qua
*primi bellum acqvarentes, auspicio et ductu Ottonis M. obtinuerunt, per-*************

F

pe-

petuoque et aeterno iure ad Germanos detulerunt. Igitur ex capite Caroli M. nullum ius sumi potest, quod eiusmodi sit, ut vel in regno Germanorum successionem tribuat, sive de Caroli Calvi vetere et dudum extincta, sive de nova et Capetina propagine disqviramus. Commenta ingenii, narrationes Auberii, et vanos inanesque accessionum dependentium titulos, ad turbandom gentium quietem repertos nuper speciosaque adornatos, refelli hic non attinet, qui tam iniuste, quam ambitione iactantur, pacemque et concordiam humani generis turbant et tollunt, litesque aeternas ferunt, et bella perpetua alunt; iuraque usucaptionum firmissima convellunt penitus, et certa atque constituta populorum nationumque dominia confundunt, finesque societatum et imperiorum transgrediuntur et violent, hominumque adeo inter homines vincula rumpunt atque perfringunt. E contrario scribit et sentit Isocrates, et usucaptionis ac praescriptionis vim effediumque ratione, & iudicio moratorum gentium comprobat, atque confirmat, in oratione, quae inscribitur Archidamus. Consentient populorum humanius viventium scriptores, Graeci Latinique omnes. Cyrus equidem alia, sed non meliore belli inferendi ratione utebatur, nec iustitia, sed ambitione et imperandi cupiditate imperium metiebatur, et supra ex Herodoto confessum est, I. 204. Proinde in Cyrus expetunt, quae de regnis sine iustitia partis leguntur apud Augustinum de Civ. lib. 4. c. 4.

XIX. Tum vero perplura alia sunt, in quibus magni hi imperatores inter se congruunt recteque comparantur. Nam praeterquam quod Cyrus quaedam vi, multa confilio perfecit, rerumque initia ad ceteram fortunam valida esse censuit, principiumque agendi a sacro Magorum duxit, cursus quoque publicos sapienter instituit, omniaque diligenter prospexit et exploravit, insidiasque et seditiones evitavit, imperiumque diffusum praesidiis militum et militari disciplina continuuit, armorumque usum non intermisit, bellisque partim erudit percoluitque Asiam, atque honorem fastigio suo dignum, et solennem maximumque splendorem, sustinendae opinionis et auctoritatis causa, prudenter servavit, neque unquam, ne moriturus quidem, neglexit hanc curam, viresque non fregit, nec rerum nervos incidit, sed qualem fecit imperium, tale nec divisum Cambysi reliquit, neque, eo vivente, ulla dissidia et aemulationes exortae sunt, sed deinceps post decesum ipsius eruperunt, et Cambysis Smerdisque animos in contrarias partes distraxerunt. Quae res quidem Smerdi exitium attulit, praesertim quum Cambyses somnio deceptus verebatur, ne regnum sibi a fratre praeriperetur. Vid. Xenophon, ἐπὶ μὲν τοι Κῦρος ἐτέλευτος, ἀνδρὸς δυνάμει παῖδες ἐσταύχειος, Cyri. II. Hinc secuta Smerdis caedes est, quam describit Herodotus III. 30. Ceterum de sacris a Cyro diligentissime cultis, Magique ab eo ad rem divinam faciendam delectata vid. Xenophon lib. II. p. 204. collat. lib. III. Strabo Geogr. lib. XV. Persarum sacra Me-

di et Armenii sequuntur et colunt, idem lib. XI. Etiam testatur Dio Chrysostomus,
Magos Dei scientiam cultumque docuisse, Orat. XXXVI. Persae autem sacra Ae-
gyptis abstulerunt, quae postea recipit Ptolemaeus Evergetes, ut legitur in monumen-
to Adulitano, quod Leo Allatius edidit. Omnino hic denotatur Cambyses, qui primus
Aegyptum infestavit, et in provinciam rededit, Herod. III. 7. Cyrus enim, ut non in
Indiam ita neque in Aegyptum movit et penetravit. Tam Cyri prudentiam et soli-
citudinem praecepit commendat, quod primus in Perside instituit veredarios, et ora-
dinavit cursus publicos, ut, quid in tam vasto regno passim ageretur, tempestive sciret,
Xenophon d. l. IIX. Igitur non est, cur id reprobendat Dion Chrysostomus, qui tra-
dit, Persam in omnes regni terras emisisse homines, qui audirent omnia, quae fuerent,
ac deinde ad regem referrent, in orat. LVII. Mea sententia nomine Persae Cyrum
designavit, quandoquidem ante eum non est mentio veredariorum iussu mandatoque
regio in Persia exhibitorum. A veredis distincti sunt paraveredis, de quibus multis
post seculis promulgatae Imperatorum, nominatim Constantini M. constitutiones ex-
tant, quae, si rationes ex fastis Consulum inimus, signant A. Christ. CCCXVI. et
CCCXXVI. Diversus vehicularum cursus est, qui vocabulū ex Persia duclis Anga-
riarum et Parangariarum dicitur, de quibus vid. C. Theod. et Basilica, ac ibi Jacobus
Gothofredi, hic Carolus Annibal Fabrotus: conf. Iob. Schefferus de re vehiculari Ve-
terum, ubi velut in transitu observamus, eum a mente Eustathii Dionysium interpre-
tantis mulum recessisse, intelligit enim Scholiares Libyos, non Poenos, quum de ori-
gine quadrigarum tradit. Nam ita ait. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ τὰ περιόδους οὐτῶν τὸν θεόν
ἐνεργῆντα. Dicit οὖτε, id est, εὐ τῷ Διονύσῳ statimque subiicit. Φησί γε Ηρόδοτος,
ὅν τιοσοράς ἐπτυχεὶς ζευγνύντων τῷ Διονύσῳ εἴησαν οὐρανοῦ. Itaque tam Eusta-
thius, quam Herodotus Libyos expressit: notumque est, Libyae vocabulum nunc de
tota Africa, nunc de insigniore eius parte dici. V. Eustathius ibidem, edit. Roberti
Stephani Paris. p. 33. Desistuit sane virum multo doctissimum Graecus Codex, dum
Graeca non potuisse videre fateretur. Interim de Angariis vid. Herodotus II. 98.
Iosephus Antiq. Iud. XI. 6. Arrianus in Epitetum III. 26. Hesychius et Suidas in hac
voce. Vulgo etiam, sed perperam exinde arcessunt in Germania ius Cursorum publi-
corum, quod postarum nominari solet. V. Iuris consultissimus Zieglerus noster eru-
dito opere de Iur. Maiest. lib. cap. II. 18. Neque dubitari potest, quin eo bello multi
et domiti et mitigati fuerint, quod sequiora Graecorum Romanorumque bella com-
probant, quippe quibus magna terrarum orbis pars revocata ad mitioris vitae leges
est, idque exemplo suo vetus Germania testatur, cuius bella quidem cum Romanis ge-
sta, per se dura saepe et calamitosa fuerunt, sed omnino tamen cum ad capiendum cul-
tum, tum ad exuendam paulatim barbariem permultum attulerunt. Quanquam
vero Persae in crimen contempti Numinis vocantur, quod tempora regionibus Grae-
corum dedicata incenderint, ut est apud Curtium III. 10. 9. Hinc Arrianus. Ταὶ οὐρανοὶ^{τέλεσθαι}, lib. III. de exp. Alex. Quam ob causam ab Isocrate impietas postulanur

in panegyrico. Sed ratio subest, propter quam de Dei regioneque contemptu purgandi sunt, quam apud Herodotum inventimus I. 131, 132. Affirmat eos in monib[us] atque adeo sub dio, non in fani et delubris sacrificare: tum non habere aras, et quod inde sequitur, carere templis: praeterea invitio ponere et dementiam interpretari cultum venerationemque Numinis, quae fiat in templis. Hunc morem Persarum Cicero enarravit lib. II. de legibus, quas antiquiorum vulgus ex XII. Tab. L. L. transcriptas absurde putat, quod ex Cicerone ipso pariter, et stylis verborumque dissimilitudine satis constat. Non multo secus Germani quondam intra lucos et nemora rem sacram faciebant, apud Tacitum de mor. German. IX. 3. q. Aldantur VVitibindus annal. Saxon. I. et, qui apertius indicavit, Adamus Bremensis lib. I. cap. 6. H. E. Memoriae prodit, illum Persiae gentis ritum ab Artaxerxe inventum invenitumque esse, ut auctor est Clemens Alexandrinus in protreptico: ubi tradit, Persas sacrificare sub dio, Ἰερὸν τοῦ Ἀρταξέρκου, atque deinceps Artaxerxi acceptum fert originem usumque imaginum in templis divino honore cultarum. Ei suffragatur Origines lib. I. coll. 5. et 7. contra Celsum. Sed iam ruper in Assyriacis confectum explicatumque est, Beli statuam Babylone fuisse positam, et simul ex Xenophonte resordor, Cyrus adiisse fanum, et sacra fecisse, Cyri. II. X. Solennis tamen et receptus sacrificandi ritus apud Persas fuit extra tempula et delubra, quod a Xenophon se eodem libro traditum est, quum ait, Persas consuevisse in editiū monib[us] sacrificare, Ἰερὸν τοῦ Ἀρταξέρκου, V. lib. II. X. pag. 233. et 216. collat. edit. Leunclav. Spectatque hoc Ioseph, ὁ Θύνθω, apud Strabonem Geograph. XV. Hinc ab excessu Cyri et imprimis aetate Artaxerxis quosdam saltē ritus Persicos sensim deinceps esse mutatos, auctore Clemente Alexandrino colligamus. Verum in eo Iulio Caesar Bulengero non assentior, quum putat, aut potius auguratur, multos Persarum ritus e Graecia fuisse petitos. Eclog. ad Arnob. lib. I. p. 332. Id vero ut credam, adduci non possum, cum ob nativum Persarum in Graecos odium, tum quod de ascito hoc e Graecia rita nihil usquam vel in Persiciis, vel in Graecis monumentis extar. Omnino autem solenne et ordinarium extra tempula et fana sacrificandi institutum fuit. De reliquis Persarum moribus, institutis, vestibus, atque ornamenti vid. Herodotus I. 121, 132. II. 16. Xenophon in paedie Cyri lib. I. seqq. Strabo lib. XV. Pausanias in Laonicis 113. idemque in Arcadicis 273. ubi affirmat, Antonium Pium apud Romanos fuisse dignum, qui perinde ac Cyrus communis pater appellaretur. Athenaeus lib. XII. Diplosoph. Dio Prusiaeus Orat. XXXVI. et orat. XLIX. Locus eiusdem de Astyage aureis compedibus vinclo orat. nlt. LXXX. lucem accipit ab Herodoto I. 130. Tiaras Persarum Parthororumque videretur quidem opponere pilis, orat. LXXI. Sed capitii tegmen fuisse, ostendunt veteres Mithrae inscriptio[n]es, quae Persas pileatos fuisse testantur. Conf. Scholia[ae] veteres Graeci et Latini, itemque Tzetzes hist. Chil. II. X. c. 139. Iul. Pollux onomaſt. lib. II. X. cap. 13. Quim locus lib. VII. cap. 14. mendosus est, ubi τὴν πάγην

628

exprimere voluit, et si vulgatus codex longe aliter legit, nihil tamen illic annotatum est a Ioachimo Kubnio in animadversionibus ad Pollucis onomasticon. Interim vidi. Herod. III. 12. Xenophon paed. Cyr. II. p. 215. Ibidem Kardov adhibet, vestimentumque denotat, quod togam manicatam reddunt, idque explant Hesychius et Suidas. Diadematis habitum, de quo etiam apud Xenophontem est, ab Aegyptiis sumptum communiter existimat, quod ex Diodoro Siculo confirmare licet, bibl. hist. I. 62. Praeterea comam aliisque Persas, constat ex Herodoto VI. 16. et Ammiano Marcellino lib. XXIII. ibidemque H. Valesit annotationes p. 383. et ante eum Hadrianus Iunius in commentario de coma. Similiter torques et armillas gestarunt primores Persarum, praecipue reges, apud Xenophontem expedit. Cyri minoris, I. p. 266. et Ciri minoris, I. p. 266. et Cyri paed. VI. p. 169. ed. Leuncl. conf. Thomae Bartbolini Schedion de armilla. Quorum referri potest conservudo veterum Germaniae Regum, qui solenniter inaugurandi armillis et chlamyde induebantur, apud VII. etchindum annal. lib. II. p. 15. edit. Meibom. De cultu et munere satraparum, de militiae genere et modo vid. Xenophon. In primis hic elucet Cyri prudentia, qui homines in molibus regionibus natos continuis bellis durando censuit, moresque a mitiori coelo formatos assiduo labore et disciplina ad fortitudinem constantiamque finxit. De Magis etiam ad gerenda negotia civilia adhibita vid. Agathias hist. lib. II. Inter quos et priscos Germanorum sacerdotes ea in parte quaedam consenso ac similitudo fuit apud Tacitum de mor. Germ. Mors Cyri, de cuius primis ac tenuibus initio vid. Isocrates in orat. ad Philippum p. 139. incidit in Olympiadis LXII. annum quartum: cui respondet P. I. annus 4185. Superstes Cyro fuit Croesus, cuius regnum capitis Sardibus, Olymp. LIX. anno primo, occupatum est. Conf. Marmora Oxoniensis p. 165. Idecirco aliter de fine virat Croesi, aliter de fine regni eius loquendum sentendumque est, unde illustratur Laertius in Periandro. V. ibidem Palmerius p. 448. Imperavit Cyrus annis XXX. apud Ciceronem de divinatione I. 1. Vid. Iacobus Malbrancq. tract. Chronol. p. 708. De morte eius Xenophon in paed. lib. II. et inde Cicero de legibus lib. 2. Nihil ad ultimum Cyro M. concessit Otto M. et rerum pariter consiliorumque successu et secundis praeliis Germaniam nobilitavit, armisque defensam auxit et collocupletavit. In Saxonia atque Germanorum Francia, pariterque in Belgio aulae ac potentiae sedem habuit, Venedosque repressit ac domuit, Boemosque ad officium redigit, Hungarosque nondum divina religione imbutos coercuit et mitigavit, quin etiam Gallos terruit atque affixit, omnes denique hostes fregit, fudit et profligavit, ac virtuti fortunam coniunctam habuit, et utramque pietate ornavit, atque adeo Cyrum vera felicitate anteivit. Cyrum quidem, auctore Cicerone, beatum ferunt, sed Ottomem re ipsa fuisse beatum, et vita exemploque se praefitissime hunc talem, dubitari non potest. De illo vid. Cic. Cat. Maior et

de hoc *Vititbindus* lib. 3. Neque in Ottone haec laus extincta est, sed duravit, et non intermissa permanxit floruitque in Filiis, his maxime, qui eius in dignitate Imperii successores fuerunt, et rebus factis que in sequentes Caesares admonuerunt, Imperium armis quae situm, armis retineri. Cyrus autem nec parem ingenio, et corruptam vitio sobolem reliquit, cuius indoles ab origine stirpis deflexit, et nullam prudenter agendi facultatem habuit, ut iam demum intelligere liceat, quid sit, quamobrem Cambyses, ipsius natu maior filius, cum ob crudelitatem et temulentiam, tum ob insaniam et prodigalitatem passim, nec immerito, reprehendatur. *Vid. Herodotus III. 38.* Clemens Alexandrinus in protreptico: *Dio Chrysostomus orat. XXXVII. collat. XXV.* De commutatis Persarum moribus post Xenophontem tradit *Agathias lib. 2.* Regni eorum non meminit Homerus, qui diu ante illud vixit et scripsit, idemque nihil de Assyriorum Medorumve Imperio scriptum reliquit, quippe quod suo aeo non norat, apud Strab. lib. XV. Geogr. Carmina autem Homeri cecinisse Persarum reges, testis est, Aelianus XII. 48. Recentius de regio Persarum principatu commentatus est Barnabas Brissonius, homo diligens et perinde doctus.

III. DE NINO URBE.

RUdera Nini, urbis in Oriente principis, et rerum Assyriarum dominae quondam et regnaticis, varie dispersa, nec ubique obvia, neque ab omnibus aequo diligenter custodita et asservata, colligam, et velut in tenuissimo pulvere delitescentia perqviram. Sed ultimae antiquitatis reverentia fecit, maiestasque regni, omnium, quorum apud nos quidem memoria supereft, facile primi, ut ruinas has potissimum scrutari, atque inde materiam operi huic tumultuario sumere instituam. Qva in re mihi non esse fraudocenseo, quod viri literis eruditum multa subinde huc pertinentia excusserint jam, atque e tenebris et caligine urbis eruta in lucem produxerint. Non enim id egerunt, ut aliis viam ad fontes, quibus ipsi sicut explerunt, praeculerent, sed ut aperirent potius, et qva ad arcem eruditionis eundum esset, non dictis tantum, verum etiam exemplis commonstrarent. Enimvero ipsa sententiarum divortia magis cogitandi inquirendique occasionem praebent, ut rem hanc ab ipsis antiquitatum primordiis repeterem necesse habeam, ne quae tantis viris interdum exciderunt nec opinantibus, sola nominum auctoritate nos in errorem inducant. Confragosae et praeruptae viae sunt, multis veterum scriptorum fragmentis passim oppletae, quin et turbatis apud ipsos veteres priscarum rerum vestigiis confusae, per quas diversa ratione, suspenso nonnulli gradu, alii impetu quodam ac velut saltu penetrarunt. Ut adeo miran-